

DISPUTATIO METAPHYSICA
NECESSARII
ET
CONTINGENTIS
NATURAM, SUCCINCTE
DELINEANS,

Permissu atq; indultu Ampl. FAC. PHIL.
in Univers: Aboënsi celeberrimâ,

P R Ä S I D E,

Virò Adm. Reverendo & Præcellentissimo

DOMINI. MARIA. SIMONE THEODORI
Log. & Met. Prof. Ord. celeberrimo,
Præceptore atq; Promotore effictim
omnibus officiis honoribusq; æter-
num prosequendo.

Auctore & Respondente

JOHANNE LUNDEEN,
Aboënsi.

die, cælo annuente 26 Janii A. 1695.
ventilata.

Impr. apud JOH. LAUR. WALLIUM.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO
PATRI AC DOMINO,

DN. JOHANNI
GEZELIO,

S.S. Theologiæ Doctori undiqvaç
Celeberrimo, Diœceſeos Aboënsi
Præfuli vigilantissimo, Regiæ ac
Auram Academiæ Pro-Cancellarii
Eminentissimo, Consistorii Eccle
ſiastici Præſidi æqvissimo, Patrono
meo faventissimo, maximâ reve
rentiâ, humiliinisqve obſeqviis
æternum proſeqven
do.



Diu anxius hæſi,
Num.
Reverendissimæ Vestræ Dignitati
pertenues hasce,
ſustinerem offerre pagellas.
Hujus tamen hæſitationis vim,

solitæ
Reverendissimæ Vestræ dignitatis
Propensionis,
Jugis ruminatio,
adeo tandem enervavit,
Ut non amplius subdubitem,
easdam,
Nominis Vestri celebratissimi
Splendidissimo jubare
collustrare, ac
Reverendissimæ Vestræ Dignitatis
oculis,
præbere conspiciendas:
Sperans
has tales, qvales,
eodem exceptum iri affectu,
qvo,
Clientulorum suorum,
cæterorumqve opis indigorum,
miti respexerat obtutu scripta.
Qvod identidem,
Reverendissimæ Vestræ Dignitati,
Omnium bonorum affluentiam,
cœlitus descendenter,
cordicitus vovens,
desidero.

JOH. LUNDEEN.

Viro prudentissimo atque spectatissimo
Dn. MICHAELI CORELIO,

Curiæ Aboënsis Senatori meritissimo, ut
ex eo tempore quo scholastico excessi pul-
vete Nutritio benignissimo, ita in posterum
Promotori & benefactori indubitatis.

Pergam Reverendo atque doctissimo Domino,
Dn. JOHANNI ERICIO,

Pastori legionis pedestris meritissimo, Fau-
stori & Sympatriotæ omni honoris, & ob-
seqviorum genere perpetim honorando.

Reverendo atque doctissimo Domino,
Dn. SIMONI WACCENIO,

Ecclesiæ Finnonicæ Primario Chorali labo-
riosissimo, Evergetæ & conterraneo hono-
ratissimo.

Venerabili ut & eruditissimo Domino,
Dn. GEORGIO PALICANDRO,

Scholæ Cathedralis Aboënsis Collegæ pri-
mario, maximè assiduo, Fautori pariterque
Sympatriotæ plurimum honorando,

Cum via non alia Promotores & Sympatriotes desideratissimi mihi unquam sepe offerret vestris in me vice plus simplici callatis beneficiis obviam eundi occasio, quam hac, ut promotorum beneque mihi cupientium monitu atque instinctu, hocce, licet vile & sane parum aut nihil vestris condignum judicandum nominibus, Ingenioli specimen, Cordaitorum Cynosuræ humiliè submitterem, quo maturiore obviante ansa palam Interioris cordis contestarer affectum: Proinde à vobis Promotores & Sympatriates, huncce Ingeuii mei factum quamquam Immaturum, tanquam debitæ obseruantie monumentum serena & hilari ut aspiciatis fronte, peto atque contendeo, ut mihi concepta benignioris Vestri favoris aura, aliquando ora in letius fingere liceat, quem ab ipsis incububulis ob præmaturam Parentis obitum semper seqvior comitata est sors. Quod si impetravero est quod mibi gratular DELL que T. O. M. pro vestra incolumitate calidus sollicitare precibus non desinam.

V. V. N. N.

JOH. LUNDEEN.

In
Dissertationem Metaphysicam,
DE
NECESSARIO ET CONTINGENTI,
â
Dn. JOHANN E LUNDEEN
doctè atque astabré conscriptam, & so-
lerter è Cathedrâ Academicâ pro-
pugnatam,

Προς Φάνημα Συγχαρητικὸν:

 *Contingens nostri respectu est
alea vitæ
Mortalis, quando est nullibi
certa quies:
At certum fixumque manet, quod certa la-
borum,*

*Exanthlatorum præmia nostra patent.
Sic te, LUNDENI, maestabit gloria tandem,
Quæ Contingenti sape petita manu.*

L. Mq; scripsit

PETRUS LAURBECCHIUS,
S. S. Theol. D. Prof. Prim.
& Acad. h. a. Rector.

Viro Juveni,

Egregiis Artibus addictissimo,

Dn. JOHANNI LAURENTII
LUNDEEN,

De NECESSITATE & CONTINGENTIA, proprio Marte apposite differenti, Conteraneo, Commiliti & Amico perpetim amando:

JOHANNES LAURENTII LUNDEEN
per Anagr.

NONNE. HAS. LITE. LAUDE. RUE. EI. NL.

 vot numeras Dominas Parnassi
 sacra colentes,
tu, juga, NONNE novem? responde
 docte JOHANNES.

affirmas dubio procul; HAS sectare fre-
 qventer,
ac nisu assiduo, ceu cœptas LITE celebri,
contendens illis cum, qvi sine LAUDE
 micare
conantur, coram mundo, qvod, vilius
 Alga,
projectâ, scripto; RUE in amplexus ite-
 ratos

Pal-

Palladis armi potenter, ei servire
futuro
tempore, conniti debes; Ni feceris
illud,
labitur omne tibi frustra irrevocabile
tempus.
Ominor ast aliud, tua cum conamina,
lucem
qvæ publicam cernunt, testentur sedulus
ut sis
Artibus in doctis urgendis; qvippe se-
cucus
castra es Musarum; qvæ demum gran-
dia dona;
gemmatam Mitram tribuent, festamq;
corallam
connectent, pulchras ducent ædes in
honoris!

Dab. Aboe d. 12 Calend. Quin-
tilis Anni 1695.

L. M. q; qvævis festinatim,
ad gratulabar

S I M O N E A E P D /
Met. & Log. Prof. Ord. R. P.



MEMBRUM PRIMUM.

DEUS in omnia Secula benedictus , sicut extitit, est, & erit, ordinis semper non confusione DEUS ; ita providentia ejus perfectrix & conservatrix naturæ, effecit, ut in mundo sint omnia genera Entium , tam necessaria, quam contingentia, quanquam non desint, qui axiomatis hujus Scientiæ verè divinæ extrema, suis præconceptis faventes opinionibus, effringere satagunt & laborant: illud Epicurei, qui fortuitum & contingentem omnibus rebus tribuere eventum minimè verentur; hoc Stoici, tanquam pro aris & focis pugnantes, fatali necessitate , cuncta fieri dicere non erubescunt: sed quæ , nisi horum sententia fuerit damnanda, cum omnibus propemodum, qui modo communis sensus usu non destituuntur ad oculum membra utriusque axiomatis al-

A

lati

Iati pateat veritas: Prioris ex illatione absurdī. Absurdissimum enim esset asserere res omnes necessitatis omnimodæ subiectas esse legibus, undè consequarum foret, DEUM ipsa mala quoque, causis alligasse secundis; quod blasphemum est. Posterioris ex ordine rerum, causarum, effectuumq; necessario nexu & cohæsione, quæ nunquam nisi modo planè miraculoſo & extraordina-rio, estatione cedit sua. Ergò nominatæ Sectæ evidentissimo sensuum obſtrepen-tes testimonio, non tam argumentis redarguendæ, quam ad Scoti consilium tormentis exponendæ, donec experi-mento aliquo edoceti, castris relictis suis, Palinodiam canant. Cum itaque nullus hodie illorum sententiæ reperiatur fa-vens, ulteriori probatione superlede-mus, pro rato habentes, quicquid est: aut necessarium, aut contingens esse.

M E M B . II.

His ita prælibatis, ipsam Etymolo-giam sive derivationem vocis Necessi-tatis, paucissimis aggrediemur. Quid
sub-

subtilius eam rimantur, dictam volunt
Necessitatem quasi sine ea res esse ne-
queat, aliis vicissim ipsam à cessando, du-
centibus, quia in necessario minimè ces-
sandum sit: sed perinde est, eodem enim
res recidere deprehenditur, utrum pri-
or vel posterior retineatur assertio.

MEMB. III.

Nec sicco, ut ajunt, pede, Homonymia
prætereunda, ne forte lectorem in de-
via proclivem errorum rapiat genitrix.
1. Apud Jurisconsultos Necessarii dicun-
tur, in quos necessaria officia præter
cæteros conferuntur. 2. Oratoribus tales
sunt amici & familiares. 3. Notat etiam
calamitatem & indigentiam, quæ talis
est, in quâ sublevanda non est cessan-
dum; alias appellatur Necessitas indi-
gentiæ: sic cibus & potus ad susten-
tationem hominis necessarii sunt. 4. De-
notat idem quod utile, sine quo alicui
non potest benè esse, alias audit Ne-
cessitas expedientiæ; sic Pons flumen
transeungi est necessarius. 5. sumitur pro
A2 Ne-

Necessitate coactionis, qvæ oppohitur actionibus liberis. 6. Pro Necessitate violentiæ, qvæ rei naturali vim infert ab extra, contranitente eo quod patitur, ut lapis qui sua natura deorsum necessariò sursum fertur, & opponitur actionibus naturalibus, 7. Pro Necessitate mandati, debiti, præcepti & ordinationis; cum quid non est arbitriatum, sed ex mandato imponentis faciendum. 8. Pro Necessitate immutabilitatis, qvâ ens non potest aliter se habere; qvæ acceptio hujus loci est. Quatuor tantum vocis Necesse significationes enumerant Scholastici, quas hoc disticho expresserunt: *Utile, perpetuum, sustentans & violentum;* Quatuor expressè vox denotat ista necesse.

MEMB. IV.

Definitio. Necesse est affectio Entis disjuncta, qvâ ens aliter se habere nequit.

MEMB. V.

De formalí ratione Necessitatis varia sunt judicia Philosophis. Sunt qui formale

male Necessitatis in eo ponunt, quatenus Necessitas non pendet ab actu Necessitatis libero; sed gravem iis ignorantiae affricandam esse notam censet Doct. Graftius, dicendo: ea non tantum non Necessaria esse, quae ab actu voluntatis sunt immunia, sed et non Necessaria esse, immo contingentia, quae prater intentionem nostram fieri solent. Alii vicissim immutabilitatem vel invariabilitatem formale Necessitatis esse autumant: sed si haec sententia sibi constaret, dicit, tunc consequenter oppositum, quod contingens est, collocandum esset in mutabilitate, quod tamen fieri nequit eum decreta DEI liberae ceu contingentia sint. Cui tamen assertioni parum aut nihil favet Doct. Calov. reputans Scheiblerum id satis diluisse contra Scharffium, idem cum Doctore Graftio sentiente, explicando, utramque sine incommodo dici posse de actionibus transeuntibus, scil. essentialiam Divinam in se esse immutabilem, licet actiones DEI transeuntes sint mutabiles, durius tamen mutabilitatem actionibus DEI immanentibus essentialibus tri-

bui affirmat, licet decreta Divina ~~arbitrio~~
 considerata, revera sint libera &
 mutabilia. qvapropter monet nominata
 excellentissimus Calovius, acquisi-
 scandum esse in explicatione Aristote-
 lis, *quod necessarium sit, quod non pot-
 est aliter esse, & non urgendam præ-
 cisè sive invariabilitatem, sive immuta-
 bilitatem.* Sed longè alia mens est ex-
 cellentissimo Ebelio sine rubore af-
 ferenti, eos nodum in scirpo qvæ-
 rere, qui discriminatis vocibus immu-
 tabilis & invariabilis, aut hisce dimissis,
 præcisè adhærendum esse verbis Aristoteli-
 cis docent: *quod Necessarium sit,*
quod non potest aliter esse & contin-
gens contra. Qvas definitiones utra-
 que ut amplectitur manu, ita aliquam
 hic suboriri, nisi in verbis discrepantiam,
 negat, cum & ipsæ illæ locutiones, posse
 vel non posse aliter esse, necessariò ra-
 tione entitatis & essentiæ, sunt intelligen-
 dæ & explicandæ. itaqve nihil per vo-
 cem immutabilitatis vel invariabilitatis
 innuitur, qvam ~~non~~ non posse aliter se
 habe-

habere. Qvod verò durius actibus DEI immanentibus essentialibus tribui videtur, ceu sunt decreta Divina qvæ à ~~l~~ne ~~l~~ne considerata, verè sunt libera & contingentia: si verò actus ipsi contingentes sunt, ut sunt, fatente ipso Calovio, qvid obstat? qvo minus ductu definitionis Aristotelicæ, ratione suæ essentiæ, possunt esse & non esse, id est, entitatem & essentiam illorum esse mutabilem, nempè à non esse ad esse, vel vice versa, esse hoc aliove modo, nam actus contingentes libertatis sunt, non verò necessitatis; & libertas semper contingentiam arguit, ubi tamen cautio erit adhibenda, cum actus DEI contingentium nomine veniunt, à ratione contingentis prorsus excludatur casuale & fortuitum, qvæ imperfectionem actibus illis Divinis planè repugnantem involvunt. Utcunque hæc inter celeberrimos viros jaētata sunt, hic distingendum est, dum decreta DEI notant actum voluntatis atque intellectus, id est, volitionem & cognitionem: aut

notant terminationem ad objectum externum , priori modo sunt ipsa DEI essentia , & sic omnem removemus contingentiam , modo verò posteriori contradistincta sunt ipsi essentiæ , *avt̄ zeip̄w̄s* & terminative sumpta , contingentia sunt , sed contingentia puta , non extrinsecâ , sed intrinsecâ , qvæ a parte agentis nullam imperfectionem arguit;

MEMB. VI.

Ratione Formalitatis per divinam gratiam qualitercunque discussa , ad divisionem Necessitatis pedem promovemus . Genera Necessitatis tot sunt constituenta , qvot genera causarum , cum sit affectio , sive modus fluens ex ordine causæ & causati , hinc quidam definiunt necessitatem , *quod sit immutabilis connexio cause & effecti*.

MEMB. VII,

Est igitur necessarium aliud per se , aliud per accidens . Per se est , qvod naturâ rebus ineſt , sic , posita causa naturali & proxima , non potest suspendi actio

actio naturaliter & physicè. potest tam
en necessitate obedientiali, qvæ respon-
det agenti supernaturali, cui coguntur
omnes creaturæ obedire, qvia iis talem
necessitatem imposuit, qvod plurima
produnt Scripturæ loca.

Hic probè observandum, necessita-
tem naturæ spectari quoque vel in re-
qvâ existit, vel qvâ agit: sive ut loquun-
tur Physici, in actu primo & in secun-
do, ut sciatur, & si hic suspendatur, non
statim exinde seqvi entitatem sive ne-
cessitatem essentiæ tolli ac everti in re-
bus. Necessarium per accidens est, qvod
causam à natura rei non habet, sed a-
lienam & externam. Hæc necessitas
contingit non modo cognitione intel-
lectuali & sensuali gaudentibus, in qvi-
bus coactio dicitur, verum etiam iis
destitutis, in qibus simpliciter violentia
audit. Doct. Graftius necessitatem ac-
cidentibus tribuit, ob specificam qvan-
dam conformitatem cum intellectu di-
vino in eo consistentem, qvod qvantitas
non degeneret in qualitatem, & hæc vi-
cissim in aliud accidens.

MEM.

MEMB. VIII.

Datur etiam necessitas vel in rebus, vel in propositionibus: Sed cum hæc sit fori logici, siccirco his non multum immorabitur; Saltem hoc dictum esto: Necessitatem propositionis suam originem trahere, à necessitate rei, divisionesque quæ attribuuntur necessitati rei, posse etiam attribui necessitati propositionis, potiore tamen jure necessitati rei, quia primò necessitas inest rei. & deinde propositioni.

MEMB. IX.

Necessitatem quam in rebus ponimus, duplum esse statuminamus, aliam quæ rei per se, simpliciter, incomplexè & ratione existentiæ convenit: aliam quæ rei competit ratione cohæsionis, complexè, in ordine & cum respectu ad aliam rem, cum quâ cohæret, aut non cohæret, illam necessitatem existentiæ; hanc vero necessitatem cohæsionis rerum appellare possumus. Si enim res ipsas nudas & per se consideremus,

remus, earum aliæ sunt necessariæ, qvia scilicet necessariò existunt, & non possunt non existere; aliæ sunt res contingentes, qvia necessariò non existunt, cum possint & non existere. *Necessitas* ergò existentiæ est, qvâ qvædam res ita existunt, ut non possint non existere. Estque duplex: *propriè dicta*, & *impropriè*: *Necessitas existentiæ propriè dicta* est, vel *absoluta* & *independens*, vel *secundū quid* & *dependens*.

MEMB. X.

Necessitas absoluta & *independens* est, qvæ soli DEO competit, cum sit scaturigo & principium omnium causarum, nihilque presupponit, à qvo dependeat, aut cui Entitatem suam debeat; Ergo *absolutissima* & *simplicissima* ei *necessitas* convenit, qvia omne corruptionis principium, tam intrinsecè qvam extrinsecè penitus respuit. Et vocatur hæc *necessitas immutabilitatis* & *perfectionis*, ab ipsa essentia promanans.

Necessitas existentiæ secundum quid, *dependens* & *propriè* sic dicta, substantiis spiritualibus finitis tribuitur, cum neque es-

senti-

fentiam neque entitatem suam in exi-
 stendo a se ipsis habeant, cum creatae
 sint, sed a Creatore suo, a quo depen-
 dent, & mutari queunt, & hinc omni-
 modae mutabilitatis legibus non sunt
 exemptae. Res enim liberrima DEI
 voluntate producuntur, etiam a nutu i-
 psius DEI pendunt, quod vero conditae
 sunt & existunt, necessariam essentiam
 & definitionem habent: verum com-
 parate loquendo respectu ipsius DEI,
 causaeque alicujus praecedentis, vel sequen-
 tis a qua necessitas illa conditionata seu
 hypothetica fluit, vere contingentes,
 res omnes praeter DEUM dici meren-
 tur. sed si ipse in se, non habito respectu
 ad ipsum DEUM, sed ad se invicem, &
 in sua essentia, sive entitate fuerint specta-
 tae: *absoluta necessitas* iis minimè erit dene-
 ganda: non tamen ea absolutione, quam
 ipsi DEO tribuimus, sed ratione actua-
 lis ipsius existentiae, quâ eatenus incor-
 ruptibilia necessariò dicuntur existere,
 quatenus ab interno principio nullam
 habent contingentiam, sicut corruptibi-
 lia

lia, qvorūtī esse ita instabile & mutabile est, ut ab aliis creaturis possint destrui atqve everti. *Necessitas existentiæ impropriè dicta est*, qvæ competit iis rebus, qvæ defectibilitatem & mutabilitatem, qvandam intrinsecè involvunt, qvæ alias dicitur necessitas naturæ vel Physica, qvæ ex necessaria causarum naturalium cohæsione æstimanda, qvam tamen de causis particularibus intellectam volumus, qvibus imbecillior est necessitas, qvam universalibus, ut potè in motibus cœlestibus, in qvibus nulla contrarietas, nulla resistentia, nullum impedimentum naturaliter, sed summa æqvabilitas, qvam qvidam propriè necessitatē physicam vocant, siqvidem à nulla causa physica impediri possunt: & hæc pro numero causarum prorsus erit consideranda.

MEMB. XI.

Necessarium in ordine ad causas; est vel necessitate externa, id est, ratione causæ efficientis & finalis, vel interna, ratione Mater,

Materialis & formalis, *Necessitas externa efficientis est*, qvando admota causa naturali & proxima, positisqve omnibus ad agendum requisitis, necessariò sequitur effectus. Nam causa naturalis semper uno eodemqve modo agit. Qvod licet naturaliter procedat, ab efficiente tamen supernaturali actiones naturales suspendi possunt, cui omnia naturalia obediere, seqve submittere tenentur, vid supra Memb. 7. *Hec vicissim dividitur in Necessitatem obedientiae, violentiae & coactionis.* *Necessitas violentiae & coactionis quandoque coincidunt, & indifferenter usurpantur.* Qvandoque ita distinguntur, qvod violentum opponitur naturali, coactum vero spontaneo. Sed hoc tamen non est perpetuum.

M E M B . XII.

Necessitas externa ratione causae finalis prorsus duplex constituitur, una ex suppositione finis; altera expedientiae vel utilitatis. *Ex suppositione finis, quæ ita rei adest, ut finis in executione non sit spe-*

speranda; nisi ponatur res, propter
 quam appetitur, & vice versa, sublata
 illa re, necessariò totus finis concidit:
 V. C. vita æterna si vis potiri, via tibi
 Christus sit. Sic homini somnus ad re-
 stitutionem virium est necessarius. Al-
 tera necessitas expedientiæ est, qvæ re-
 quiritur non tam ad esse, quam ad bene
 esse: huc ea spectant, qvæ arte huma-
 na sunt inventa, propter usum, commo-
 dioremq; finis acquisitionem. Sic iter
 proficienti equus est necessarius. Pro-
 bè tamen observandum, in natura dari
 Entia in qvibus utraqve necessitas, tum
 materiæ absoluta, tum hypothetica i-
 nsius finis reperitur. Sicut pluvia par-
 tum necessitate simplici, partim hypo-
 hetica scil. finis generatur: *Necessitate*
simplici: qvia vapores rariores & levi-
 ores impetu interno sursum feruntur;
 ibique ob frigus aëris necessariò con-
 densati, pondere suo destillant. *neces-*
sitate finis, ut benigno liqvore consper-
 fæ segetes incrementum capiant & ve-
 getentur.

MEMB.

MEMB. XIII.

Necessitas interna ratione cause naturalis est, respectu materiae, quæ sequitur conditiones materiae: in genere sumitur hæc necessitas, pro omni effluxu vel emanatione propriæ passionis à suo subiecto, qua ratione etiam formæ necessitatem ambitu suo complectitur. Strictiori verò significatu & propriè pro omni eo, quod necessitate saltem materiae inest rebus, ut corpori naturali tria dimensio & corruptibilitas, ex conditione materiae; cum quatvor elementis sit compositum.

MEMB. XIV.

Necessitas cause formalis est, cum ob indolem atque naturam formæ rei talis introducitur necessitas, quæ rem aliter esse non sinit, nullamque mutabilitatem sine implicatione contradictionis naturaliter admittit, idque quia causæ internæ rebus immutabilitatem, non autem mutationem aut variabilitatem aliquam adimponi patiuntur: sic forma in

in corpore humano commorante, non potest non dici homo, siquidem illa dat rei esse atq; denominari. Ab ist hac formæ necessitate vicissim duplex promanat necessitas: *Alia qvæ dicitur necessitas à priori, alias constitutionis & definitionis: alia à posteriori, vel consecutionis & demonstrationis.* *Necessitas definitionis seu constitutionis est,* qvâ unicuique corpori debita ipsamq; essentiam ultimatè formans & constituens inest forma; seu cum tota definitio enunciatur de suo definito, ut: homo est animal rationale. Cujus definitionis partes necessitate planè immutabili proinde suo insunt definito

Necessitas consecutionis seu demonstrationis est, qva propriæ & essentiales proprietates suis subjectis necessariò insunt; ut, risibilitas homini, caliditas igni, frigiditas aquæ. licet utriusq; necessitatis absentia contradictionem implicare primo videatur intuitu: qvod nec pars rei, nec essentiale ejus conseqvens à re salva manente ejus es-

tentia, abesse possit: verum & id quidem de priori largimur, impossibilitas autem illa quam proprietatum absentia involvit, saltem apparet est, quae à naturâ naturante separari à suis subjectis facilimè possunt; quamvis non idem de natura naturata erit ferendum judicium.

MEMB. XV.

Postremò *Necessitas* alia dicitur esse *consequentis*, alia *consequentiæ*, siquidem illa sit *absoluta* & *simplex*, hæc vero *hypothetica* & *conditionata*. *Necessitas consequentis*, est *absoluta rei necessitas*, ex immutabili causæ & effectus cohaesione dependens, seu earum rerum necessitas, quæ natura sua ita ad cohaerendum sunt determinatæ, ut non possint non cohaerere, salvamantente earum natura; ut, si homo est animal, necessariò sentiet. Sic, cras sol oritur, est necessaria propositio *Necessitate consequentis*, habet enim causam necessariam, videlicet ordinem naturæ divinitus sancitum. *Necessitas consequentiæ*
seu

seu hypothetica, est conditionata rei immutabilitas, seu quando tam antecedens quam consequens in se est contingens: Non enim haec necessitas rebus tribuitur ex necessariæ alicujus causæ atque effectus dependentiæ consideratione, cum natura sua ad cohærendum non sunt determinatæ, sed facta saltem aliquæ suppositione, quasi per consequentiam quandam, necessariò sequitur earum cohæsio & conjunctio, saltem pro tunc & nunc, ut ajunt. Vid. Baronium sect. II. pag. 281. Sic necesse est genus humanum puniri, facta hac suppositione, quia scelera multorum DEI iram irritant. Sic necesse est Adamum mori, si ederit de fructu vetito. Qvicquid ergo DEUS prævidet, illud est necessarium, necessitate consequentiæ, non consequentis. *Necessitas enim consequentiæ non tollit contingentiam, cum sit in rebus ipsis contingentibus;* sicut enim necessarium est quem ego disputantem video, ut necessariò disputet, contingens vero cum posset

& non disputare; Ita DEUS videt omnia cū nō iū & præfentialiter, qvæ ipse ita videt, necessitate *consequentia* fiunt, sed tamen contingenter, idqve, qvia non erant anteqvam fierent, & postea non futura erant, neq; ideò qvia DEUS præcitat aliquid sic evenit, sed qvia ex certis causis res contingenter eventuaræ erant, sicut non ideo contingit Eclipsis, qvia Mathematicus eam præscit, sed ideò, qvia futura est, eam præscit.

Contingentia modos ex contradictoriè oppositæ Necessitatis modis, qilibet, qvi momenta rerum discernere novit, facillimè cognoscet, cum tot oppositorum uni, qvot alteri erint tribuendi.

Contingentiam esse, resqve nonnullas existere contingenter; Causa est 1. DEI Voluntas, 2, probatur *Testimonio sensuum*, quotidiana enim experientia satis superq; comprobat, res alias eodem modo se semper habere, alias ut plurimum. 3. *Actiones liberae* videlicet DEI, Angelicæ & humanæ, in qvibus est arbitrii libertas, & libertas semper contingentiam arguit;

E. g.

E.g. homo enim qvicqvid agit, liberè agit,
 liberè & contingenter non ageret, sed
 per fatalem qvandam necessitatem &
 providentiam, utique frustrà delibera-
 tionibus atqve agitandis consiliis opera
 atqve cura impenderetur, & per con-
 seqvens, pessimus qvisqve non metu-
 alicujus pœnæ, se abstineret à malo, sed
 in fatum causas mali, instar Stoici qvon-
 dam furti delati rejiceret, qvod fatale
 fuisset, qvod furaretur; cui rectè repro-
 uit judex, etiam id qvoque fato fieri, ut
 suspendio jam vitam finiat.

MEMB. XVI.

Voce contingentiae latissimo suo si-
 gnificatu accepta, scilicet 1. pro qyovis
 qvod actu existere potest, Necessarii
 qvoque naturam induerè videtur cujusq;
 qvod natura mutabilitatem à parte ante
 vel post involvit, qva acceptance, omnia,
 præter DEUM contingentia censenda
 erunt, uti supra monuimus. 2. Pro ca-
 suali & fortuito, qvorum respectu qvoq;
 dicitur contingentium futurorum de-
 ter-

terminatam non esse veritatem, scil: respectu imbecillitatis mentis humanæ, non vero præsentia aut revelationis divinæ. 3. Pro eo qvod non tantum esse, sed inæqualiter etiam esse potest. Sic contingens est Hercum filios esse noxas, hominem nauci bicipitem, vel uno capite, & binis pedibus, contingentiā inæqualitatis. Ubi tamen distingendum est inter id qvod raro fit, & plerumque, nam causæ producentes hic raro deficiunt. 4. Pro eo qvod ad utramque contradictionis partem æqualiter & indifferenter se habet, qvod nostri est instituti, ut sedere, disputare, nam dum quis disputat, paulo post potest & non disputare, qvia utrumque oppositorum æqualiter est in potestate hominis.

MEMB. XIX.

Dividitur præterea *contingentia* vel in *absolutam*, vel secundum quid tales: *absoluta* est, quæ absq; miracula & supernaturali actionis divinæ suppositio ne ex sua natura esse definit. secundum quid

vid talis est, cuius cum necessario se-
undum q̄id, perinde est ratio.

MEMB. XX.

Ultimò dispescitur *contingentia in in-*
rinsecam & extrinsecam: intrinseca est ipsa
voluntatis libertas, qva qvid agere vel
non agere potest; qvæ tantum non a-
gentibus liberis creatis; verum ipsi
DEO etiam modo eminentissimo con-
venit. Hæc tripartitò prorsus dicitur.
 1. *libertas contrarietatis seu specificationis, qvâ*
aliquis ex duobus contrariis alterum
eligit. 2. *contradictionis, seu exercitii, qvâ*
aliquis sibi unum proponit qvod vel
eligit, vel relinqvit. 3. *Spontaneitatis, qvâ*
qvis equidem agit, qvod necessarium
est, sed sponte tamen, non coactè. *Con-*
tingentia extrinseca est, qvæ inveniri po-
test tam in agente naturali libero, qvam
non libero, eorumq; actionibus, qvæ
subsunt potentiaz Divinæ, qvæ cum vult
faciliè eas mutare & impedi-
re potest.


SOLI DEO GLORIA.



Πρὸς τὸν, τῆς ἐυφυίας, ἐυελπίδας, ἐὐθυμίας,
Φιλοκαθίας, τε ἡγῷ παιδεύσεως τῆς
ἐπλέκητο σύδρομος νεανίσκου



Κύρ: ΙΩΑΝΝΗΝ ΛΟΥΝΔΕΕΝ,
φίλον με συνέτεσέν, καὶ τὸ μάλιστον πηγέον
· Εὐφώνησις Εἰλικρινής.


τὸν ἀναβαίνεις ΛΟΥΝΔΕΕΝ, ὁ Βέλιντ
συνῆμον,
Δειρέδα Παρνήσσοι, λίταρχόν την
δίζησι

Τὴν κορυφὴν Πίνδου. Δεδαηκὼς ἔσσεαι γὰρ.
Ἄτρεκέως γαδ τῆς σοφίης ποιητὴν ἀπόδειξιν
Τὸν ἐπλεκόν καὶ ἄρμινα παιδεύην. Διὰ τῶν
τεῦ Φιλοτίμημα κροταλίζει Πάλλας Αθήνη,
Ηδὲ πελευταῖν τένιν, ὁ τερπφίκηλος ἐπῆρε,
Δῶσι καλὸν Θυμβρεῖ. Αἴπολλαν καὶ ἀγλαὸν
ἀθλον,

Εὔχ' αρετῆς σεῦ ΛΟΥΝΔΕΕΝ, ὅπως κλεῖ. 

τίν, χαρέτων.  γε, ανισά. Εὔχομ' ἐγώντο
Κυρόφιν ὄφρ' εἰν δλομένῳ κόσμῳ ἀνατέλει κάς
Εὐηγέως γῆρ. Καὶ ταῦτα προστάσια οὐλητον.
Ενσεβέων δῶ Κόιρας.  οἰστο σ' Αἰτεροπηῆς.

Αἴσμεν.  τοῦτο σίτε  περισσέτερον.

MATTHIAS SALINIUS.
Aust. Finl.